

Nota primo nō ē a iure improbatū vt monaste-
ria habeat certā parochiā cum cura animarū. **S**e-
cūdo nota q̄ vbi monachi sunt in cōgregatiōe non
ē p̄ficiendus cure aliquis monachorū sed cleric⁹ se-
cularis ⁊ videf hoc satis mirabile vt rōne cure exer-
cende possit monachus eripi a monasterio ⁊ ecclie
seculari p̄fici. vt in. c. ij. de sta. reg. ⁊ tñ i monasterio
habente populū monach⁹ curā populi exercere nō
posset vt hic. **E**t que sit diuersitatis rō nullus tex.
exprimit. iō variat intellectus hui⁹. c. ⁊ dicēduz vt
i. dicam cum glo. **T**ercē nota q̄ licet parochia spe-
cet ad monasteriū nō tamē habet abbas liberā in-
stitutionē capellani sed de cōsilio ipsius ⁊ cōuentus
p̄ficiendus est capellanus per ep̄m. qd̄ an sit veruz
i. subiciam. **Q**uē nota ibi solius ep̄i arbitrio. ⁊ c.
q̄ habens gerere actū de cōsilio alicui⁹ nō tenetur
sequi illius cōsiliū. vt in. c. dilecti. de arbi. ⁊ in. c.
cum in veteri. de elec. vnde per inquisitionē cōsiliij
nō minus dicit pendere actus a solo arbitrio ip̄i.
Ultimo nota casum in quo clericus secularis li-
cite instituit in ecclesia regulari rōne. s. cure exercē
de monasterio cōpetenti non tñ faciet vnū collegiū
cū regularib⁹ sed erit p̄sonaliter beneficiat⁹. arg. in
c. si. s. de sta. regu. alia vtilia nō possūt colligi. **I**n
glo. j. ibi de statu monachorū sentit hic glo. tex. istū
p̄cedere in casu. c. ij. de sta. regu. qd̄ p̄fecto verum
nō existit. q̄ tex. iste loquit in alio casu videlicet in
ecclesijs parochialib⁹ extra monasteriū nec indisti-
cte p̄hibent ibi p̄fici. sed singulariter dūtaxat. iste
tamē tex. p̄prie loquit in monasterio habēte paro-
chiam distinctā. vt. s. dixi. vt patet in p̄n. huius. c.
ideo potest fortiter opponi cōtra istū tex. nā si in ec-
clesijs secularibus pōt monachus p̄fici cure saltem
habēdo sociū sui ordinis. vt in. d. c. ij. ⁊ c. qd̄ dei.
fortius debet posse assumi ⁊ curā exercere in p̄prio
monasterio cū ibidem cōcurrat fauor ecclie ⁊ cura
aiarum. ⁊ habeat nedum focum sed socios. Item
magis obligat monasterio suo q̄ ecclie seculari. q̄
fortius ē censendus idoneus ad curam explicandā
iminentem in p̄prio monasterio q̄ ecclie foris site.
So. cōtrariū ē difficile ⁊ difficultas maxime ex eo
ozitur q̄ nō habem⁹ in tex. rōnez decidendi sed ex
sequentibus verbis glo. p̄nt elici duo intellect⁹. **P**ri-
mus vt p̄cedat littera in monacho nō instituto per
ep̄m quasi sentiat q̄ si monach⁹ eligeref a populo
parochie ⁊ institueret p̄ ep̄m hoc licite posset atten-
tari. **E**t nota hūc intellectu q̄ multū restringit istuz
tex. in eo. q̄ dicit de electione p̄p̄i nō ē hic necessari-
um nisi patronat⁹ ecclie p̄tineret ad populū. vt no.
in. c. querelā. de elec. ⁊ c. massana. e. n. **S**ecūdo in-
tellectus q̄ c. p̄cedit vbi ē monachorū congregatio
q̄ si dicat q̄ licet monach⁹ possit p̄fici cure ecclie pro-
chialis secularis nō tñ vt in p̄prio monasterio vt h̄
Que aut pōt ē diuersitatis rō. **D**o. An. incidēter
tangit ne notet diuersitas inter istos de cōgregati-
one. ⁊ ne monach⁹ habeat cām vagandi p̄ prochiā
h̄ vltimū nō procedit q̄ eadē ⁊ fortior ē rō cū p̄ficiat
ecclie seculari. **S**ed tenendo primā rōnem videf in
ferendū p̄tra p̄cedentē lec. vt non sufficiat aliquem
monachorū p̄fici p̄ ep̄m ne notet diuersitas int̄ eos

Sz ego nō possū p̄cipere q̄ h̄ facilis rō sit sufficiēs
ad impediendū p̄uilegiū tributuz cure. nā maior
videf indecētia vt monachus eximat a mōasterio.
⁊ habitet inter seculares q̄ q̄ existēs in monasterio
exerceat curā noie collegij. nam ⁊ in ecclijs seculari-
bus ⁊ collegiatis videm⁹ q̄ vn⁹ vel duo exercēt cu-
rā noie collegij nec p̄ h̄ notat diuersitas. q̄ is facit
cuius noie sit. vt in. c. cum q̄s. de sen. ex. li. vj. ⁊ i. c.
cū venissent. de insti. ad p̄dicta vide Inno. i. c. cū nō
ignores. s. d. p̄ben. iō puto h̄. c. loqui fm iura an-
tiqua ⁊ p̄siderato mero statu religiosorū. nā regula-
riter mōach⁹ nō d̄ p̄fici cure etiā ecclie seculari s̄ p̄
pter necessitatē fuit institutū q̄ monach⁹ possit p̄-
fici. vt dixi in. d. c. qd̄ dei. si ergo repiunt clerici secu-
lares idonei nō debēt ip̄i monachi p̄fici. ⁊ ita p̄prie
d̄ intelligi iste tex. s̄ in defectū seculariuz satis pōt
sustentari prim⁹ intellect⁹ glo. vt possit vnus eligi ex
monachis qui instituet p̄ ep̄m. nā cura aiarū nō est
collata ip̄i collegio monachorū cū sint ibi nō vt exer-
ceant curā s̄ vt regulariter viuāt. vñ cura ē potius
ecclie ip̄orū iō institutio d̄ fieri p̄ ep̄m s̄ de cōsilio
istorū monachorū. ⁊ rō p̄hibitionis ē illa ne habeāt
mām vagandi ⁊ visitandi dom⁹ mulierū p̄ cōfessio-
nib⁹ ⁊ alijs. **E**t ex p̄dictis infero ad aliā qōnez nū
quid monachi habeāt p̄ntare capellanū. aliq̄ doct.
sentit q̄ sic. vñ intelligūt tex. q̄ monachi p̄ntabūt
⁊ ep̄s instituet s̄ certe hec lec. ē aliena a mente ⁊ ver-
bis littere. ⁊ iō dicerē q̄ aut cura p̄tinet ad ecclias q̄
ē iure patronat⁹ monachorū. ⁊ tūc h̄z locuz q̄ isti di-
cunt q̄ ex patronatu cōpetit ius p̄ntandi. vt in. c.
vnico. de iurepa. aut cura cōpetit ecclie eorū q̄ mo-
nasteriū habet parochiā ⁊ tūc inherere verbis hu-
ius lfe vt ep̄us habeat ibi institutionē capelle req̄si-
to monachorū cōsilio sufficit tñ requiri nec tenet se
qui. **E**t ex his infero ad aliā qōnē nūqd̄ i oib⁹ ecclijs
mōachorū h̄eat locū dispō h̄. c. ⁊ i h̄ sūt varie opi.
Quidam dixerunt vt refert Inno. q̄ p̄cedit in oī
bus ecclijs pleno iure monasterio nō subiectis.
p̄vi. q. ij. sane. ⁊ qd̄ ibi no. in sūma. Alij q̄ idē sit ple-
no iure dūmodo populus nō sit exemptus. Alij ⁊
tertio qm̄ mōasteriū si h̄z p̄ronatū ecclie. ip̄e x̄o In-
no. firmat hāc regulā q̄ vbiq̄ ep̄s habēt institue-
re quo ad curā populi semp depositio p̄tinebat ad
eū sed p̄ hoc nō apparet qm̄ institutio quo ad curam
p̄tinet ad ep̄m. dic ergo q̄ vbiq̄q̄ popul⁹ prochie
nō ē exempt⁹ semp institutio q̄ ad curam p̄tinet ad
ep̄m nec institutus pōt p̄ aliū remoueri. vt i. c. vno
eo. ti. li. vj. ⁊ vide qd̄ ibi le. ⁊ no. ⁊ vide qd̄ dixi d̄ di-
uerso iure cōpetētī monasterijs in ecclijs seculari-
bus. in. c. de monachis. s. de p̄ben. **U**ltimo q̄rif
nūquid valeat p̄suetudo s̄ dispositionez hui⁹. c. vt
sic monachi possint p̄ se exercere curā. **D**oc. exp̄sse
nō t̄gūt s̄ i mplicif dicit Jo. an. h̄. c. male seruari d̄
p̄suetudine sed credo consuetudinē valere. de quo
videtur tex. a contrario in cle. ne in agro. s̄. ceterū.
de sta. regu. licet glo. ibi aliter sentiat sed debet itel-
ligi de iure cōmuni. hanc opi. reperio sentire Lau.
⁊ etiam Jo. de lig. in. d. s̄. ceterum. ⁊ sentit Jo. an.
in. d. c. statutum. de elec. li. vj. in nouella.

Dilectus. Si ecclesia non cathedra-
lis vō dicat sibi ius i alia
ecclesia obtinebit solum quo ad ea que pro
babit sibi debere p̄scriptiōne vel alio legitimo mō.
h. d. fm cōem t verū intellectū. Et tria facit. primo
ponit petitiōne actoris. scō. dēfensionē rei. Item
pape diffinitionē. scō. a ibi ad h. tertia ibi. nos. Mo
ta primo a iure nō ēē improbatū vt ecclesia inferior
puta parochialis acq̄rat subiectionē in aliquib⁹ iu-
rib⁹ ep̄alib⁹ in ecclesijs sitis infra plebanatū. facit. c.
auditis. t. c. cū oli. s. de p̄scrip. pōt ḡ licite ecclesia in-
ferior h iura petere si p̄scriptiōne vel alio legitimo
mō acquisiuit. Mo. secūdo ibi. t. siliabus. q nō vi-
tiatur libellus p appositionē huius clausule genera-
lis. p̄nt ḡ in libello exp̄mi aliqua iura p̄ticularia cō-
phensa sub aliq̄ genere t annecti illa clausula gene-
ralis. cōphendit etiā h clausula oia accessoria t simi-
lia exp̄ssis. de q̄ vide lati⁹ p̄ Anno. in. c. fi. de offi. ar-
chidi. Tercio nota q̄ respectu subiectionis pōt agi
possessorio. si ḡ subdit⁹ me⁹ subtrahit mihi obedi-
tiam de facto possum agere possessorio vt reducat
ad pristina quasi possessionē iurisdictionis. t sic sup
iurib⁹ incorp̄alib⁹ p̄t agi possessorio. de q̄ plene nō.
in. c. q̄relā. de elec. cōcordat. c. cū ecclesia. de cā pos. et
pprie. Mo. ibi. de iure cōi. q̄ ecclesia sita infra pro-
chiā alteri⁹ est illi de iure cōi subiecta s illud ius cōe
hic allegatū nullibi videt⁹ exp̄ssum. Vñ hic fuit alle-
gatio p̄tis cōtinēs falsitatē fm oēs doc. merito ista
ecclesia solū obtinuit vt in his in quibus pbauit sibi
debere. t de h dico lati⁹ cū glo. Itē nō. t tene mē-
ti q̄ vbi in ecclesia solus p̄sbyr ablsq̄ collegio est insti-
tut⁹ cōfessio soli⁹ p̄sbyri cōtentiose facta p̄iudicat
ip̄i ecclesie. qd bñ notabis. secus videt⁹ vbi ecclesia hz
collegiū qz tūc requirit⁹ confessio toti⁹ collegij. de q̄
vide qd le. t nō. in. c. p̄sentij. de testi. li. vi. t in. c. d.
cōstātinopolitana. xxi. di. Itē nota t tene mēti
q̄ cōfessio facta in vno iudicio facit fidē in alio inter
easde p̄tes. nā hic allegabaf⁹ p̄fessio facta corā celesti
no. t de h aliqd infra. Mo. q̄ missi ad vocādū ali-
quē ad cōgregationē vel aliq̄ aliū actū p̄nt post-
modū testificari sup vocatione ab eis facta vt p̄s ibi
vocasse. Itē nō. q nō vitiaf⁹ testimoniū alicui⁹ si
prius in p̄ntia p̄tis dixit q̄ erat dicturus in iudicio
imo est cautela vt inducat ad prius dicendū ne ha-
beat mām variandi fm notabilē theoricā. Bar. i. l.
eos. ff. de fal. Itē nō. qualif⁹ pbaf subiectio respe-
ctu veniendi ad certā cōgregationē vt si pbaf talem
pluribus vocatū venisse. tē. nō enī videtur sufficere
vnica vocatio qz solet q̄qz obedire ex mera libera-
litate. p h qd nō. Anno. i. c. bone. ij. de postu. pla. et
p̄legistas in. l. j. ff. de in. actus priua. Itē nō. q̄
licet monasteriū mutet statū de regularib⁹ ad secu-
lares nō p h mutat subiectionē. nā remanet ecclesia
subiecta illi cui primo subijciebaf⁹ licet in alijs mu-
tet morē. ar. in. c. recolētes. de statu. regu. t h tenet
h Anno. t cōter doc. qd bñ nō. Ex h enī inferf⁹ q si
aliqd monasteriū exemptū ex defectu monachorū
reducit⁹ ad statū secularē q̄ ecclesia remanebit exem-
pta sic prius. Mo. ibi. generalit⁹ seruēf p̄suetudo
q̄ cōsuetudo generalis alicui⁹ loci extēdit⁹ ad eccle-

siā p̄ticularē habētē illā qualitatē q̄ regularit⁹ est in
alijs ecclesijs illius loci. Ultimo nō. q̄ etia in istis
sp̄ualib⁹ snia formaf⁹ i p̄sonā iconomi tā ex p̄re acto-
ris q̄ ex p̄te rei. de q̄ dic vt nō. i. d. c. q̄relā. In gl.
i. ibi cathecismi. t dī cathecism⁹ a cathecizo catheci-
zas. qd idē ē q̄ instruo instruis. vt ē gl. i. c. p cath-
ecismū. de cognā. spi. li. vi. t iste cathecism⁹ seruaba-
tur olim in adultis baptizandis t deberet seruari
hodie si adulti infideles veniret⁹ ad fidem. nā debet
instrui p. xx. dies in fide ante baptismū. t iste actus
instruendi appellat⁹ cathecism⁹ seu scrutiniū. t dī
scrutiniū a scrutādo qz scrutant⁹ vota istoz. t hodie
fit infantib⁹ ante q̄ intrēt ecclesiaz. vñ iste prim⁹ act⁹
vocat⁹ cathecism⁹ nec cōtrahit cognatio sp̄ualis p
illū actū. de q̄ vide bo. tex. i. d. c. p cathecismū. In
gl. in. x. in capellis in fi. dic clarius q̄ ecclesia scē. Le-
lie p̄tendebat hāc subiectionē q̄ p̄sbyr sancti Lau-
rentij tenebat⁹ venire ad capitulū cōgregandū i di-
cta ecclesia t recipe statuta t debitā correctionem.
In gl. in. x. de inre cōi in fi. aduerte nā quaten⁹
gl. p̄isto iure allegato in tex. adducit. c. cōstitut⁹. d.
reli. do. videt⁹ velle q̄ ista allegatio sit vera. t sic q̄ d
iure cōi ecclesia matrix. i. plebanat⁹ vel alia parochia
lis fundet intētiōne suā sup subiectione ecclesie site i-
fra parochiā. Sed doc. cōter impugnat istā gl. nā
c. cōstitut⁹ loquit⁹ de ep̄o t non de ecclesia inferiori.
ideo dicit Anno. se ignorare vbi sit istud ius allega-
tum in tex. imo contrarium videtur expressum in
c. fi. de offi. archidia. vbi archidiaconus succubuit
quatenus petebat subiectionē in monasterio suo
infra parochiam archidiaconatus. vnde cōcludit
hic Anno. t cōmuniter docto. post eum q̄ ecclesia
inferior citra cathedralem nō potest de iure cōmu-
ni petere aliquā subiectionem in alijs ecclesijs infe-
riorib⁹ licet sint site infra parochiā suam. qz licet de
iure cōmuni parochiani debeant recipere sacramē-
ta ab ista ecclesia principali. vt. s. d. paro. quasi p to-
tum. tñ p̄sbyteri istaz ecclesiaz inferiorz nō tenentur
hec sacra recipe ab illa ecclesia sed poti⁹ ab ep̄o. ar.
in. c. officiū de offi. archi. Et nota singularit⁹ hoc di-
ctū. nā ex hoc inferf⁹ singularit⁹ q̄ p̄sbyteri capellaz
que sūt infra plebanatū alicui⁹ ecclesie nō tenent⁹ cō-
fiteri plebano nec alia sacra ab eo recipe s subijciūf
ep̄o t ab eo seu ab archip̄sbyro illi⁹ loci debent hec
sacra recipe. qd bñ notabis. Nec ob. c. is. q. s. d. ma.
t obe. vbi ecclesia inferior matrix vōdicat sibi ius in-
stituēdi i ecclesijs inferiorib⁹ t aliā subiectionē. qz lo-
quit⁹ i titulo cardinaliū. habēt enī tituli cardinaliū
maiorē p̄rogatiuā t ē vna opi. q̄ ē q̄ si cōis q̄ card-
inales habēt ius ep̄ale in titulis suis. t sic infra totā
prochiā tituli. vt nō. i. c. is. q. t i. c. j. de maio. t obe.
li. vi. t forte iste tex. loquit⁹ de tali titulo iō allegabaf⁹
ius cōe. Do. An. dicit q̄ ecclesia plebis de iure cōi fū-
dat intētiōne suā in capellis sup istis duob⁹. i. scru-
tinio t baptisinate. t iō in istis duob⁹ obtinuit eccle-
sia ista. Sz hūc intellectū facit qz h allegata fuit cō-
fessio p̄sbyteri ad pbandū subiectionē i istis duob⁹
q̄ de iure cōi nō vōdicat sibi hanc subiectionē. nā
bñ fateor q̄ ex q̄ capelle nō habēt fontē dñi prochi-
ani capellaz ire ad plebē p̄ scrutinio t baptismo. s

q̄ presbri capellaz teneant̄ ire q̄i fons bñdiciū vel ad instructionē baptizandoz nō pbat̄ iure. iō concludit q̄ ecclia ista tñ obtinebit quantū pbat̄ sibi deberi de iure spali vt dixi i sumario. et fac̄ iste text. vbi succubuit in oib⁹ nisi in istis duob⁹ pbat̄ p confessionē. et ad hoc quotidie allegat̄ iste text. et ē singularis in hac m̄a. ¶ In glo. in. x. p̄fessus. ibi pcurator erat. dic q̄ potius colligit̄ q̄ erat rector illi⁹ ecclie sic vt p̄tibi presbri eiusdē ecclie et tanq̄ rector vocabit̄ ad caplin sancte Cecilie. et nō. sñc gl. q̄ variata i st̄ia iudicis remanet cōfessio. et licet doc. hic instet aliquatū inuoluēdo m̄am tene tñ pure q̄ cōfessio facta in vno iudicio valet in alio inter easdē personas. nā inst̄ia pempta nō perit p̄fessio. nō. Inn. in. c. cām. de testi. et Bar. in. l. cum lite. ff. iudi. sol. ¶ Itē cōfessio ad sui cēntiā nō erigit validitatē p̄fessus. vnde posteo q̄ p̄fessus s̄ nullus nihilominus remanet cōfessio. vt pbat̄ in. c. si. de resti. spol. et ibi aperte hoc tenet Inn. et facit de. p̄stitutionē. d. elec. et vide aliud notabile dictū Inn. in. c. quali et qñ. ij. de accu. vbi tenet q̄ valet cōfessio facta in iudicio sine alia tela iudicij. Idē Bar. in. l. si cōfessus. ff. de custo. et exhi. re. vbi vide. hinc notabiliter dicit Inn. in. c. ij. de or. cog. q̄ cōfessio facta in sumario iudicio valet in plenario. qd̄ nō. ¶ In glo. in. x. vocatum in fi. dic q̄. c. cū olim. p̄cedit cū non interuenit actus positiuus. nā solū illi ibi obseruauerūt sniaz excoicationis s̄ hic fuit p̄fessū ad actū exteriorē. qz vocatus iuit ad capitulū. vñ clarius patet de intentione p̄ actū positiuū q̄ p̄ actū negatiuū. ¶ Glo. in. x. titulo. in. fi. no. glo. singulariter et declarado eā dic q̄ monachi nō subsūt ecclie parochiali seculari q̄ ad iurisdictionē fori cōtentiosi. vt patet in. c. si. d. of. archi. et hic in isto text. ¶ Sed dubitat̄ nunqd̄ quo ad sacramēta recipienda et sic quo ad iurisdictiones fori penitentialis debeant subesse quēadmodum subsūt oēs in parochia habitantes et dic q̄ olī suberāt qñ monachi nō erāt clerici. et sic intelligi debēt iura in glo. allegata. s̄ hodie monachi cōiter sūt clerici et habēt a iure vt inuicē administrent sibi sacramēta. xvj. q. i. c. j. ¶ Sed posset dubitari de monialibus. nūquid subsūt presbri parochie q̄ ad spūa lia. et satis posset teneri q̄ sic sicut olim erat in mōachis. et idē puto dicēdū in omnib⁹ religiosis q̄ non sūt p̄dyteri. nā presbri parochialis fundat suā intētionē super omnib⁹ habitantib⁹ in parochia. xij. q. j. c. j. et c. pastoralis. de his que fi. a pla. cōiter tamē seruaf̄ q̄ ep̄s puidet eis de p̄dytero. ¶ In gl. i. x. generet in fi. nota istā glo. singulariter et bñ. facit text. i. c. cū dilecta. q. qz vero. de cōfir. vti. et qd̄ le. et nō. i. c. ad audiētiā. de prescrip. et ibi gl. no. in. x. principalliter. et in. c. nolum⁹. xvj. q. iij. vñ de sile p̄ Bar. in. l. si publicanus. q. j. ff. de publica. et videt̄ h̄ mirabile vt p̄scribat̄ exemptio p̄ eccliaz subiectā q̄ ibi cōtionez suūp̄i nō possidet s̄ supior. s̄ h̄ ptingit qz exemptio p̄cedit in p̄legiū exempti. vñ quaten⁹ ē fauorabile ipi subiecto p̄scribit̄ spatio p̄petuū sicut alia iura ipi⁹ subiecti et pbat̄ iste text. satis bñ saltē in ar. nam vides h̄ q̄ cōfessio rectoris ecclie exempte p̄iudicat ipi ecclie s̄ nō pape subiectionē possidentū. qd̄ nota

bis. ¶ Et q̄ infero q̄ cōfessio subiecti non p̄iudicat superior in p̄iudiciū subiectionis. ¶ In gl. si. vult q̄ gl. q̄ exercēs aliq̄ iura ep̄alia solū possidet et p̄scribit ea q̄ ereret et nō alia. et bñ facit text. in. c. auditis et c. cū olim. de p̄scrip. et generaliter idē voluit Bar. in. l. j. q. s. ff. de in. actuz p̄tina. vbi dicit q̄ exer cū in vno articulo nō extendit̄ ad alios articulos nec ob. c. j. s. de reti. domi. qz ibi nemo erat in possessione alioz iurū iō nō extendit̄ ibi possessio. qd̄ ē notādū s̄ h̄ ep̄s ē in possessione alioz iurū. s̄ an h̄ sit vtz indistincte. vide h̄ pulchra no. p̄ Inn. q̄ multū instat. nūqd̄ p̄ vñ actū iurisdictionales q̄ p̄scribat vniuersalē iurisdictionē in loco vel i p̄sona. Itē tractat̄ q̄liter q̄raf. q̄ si possessio vniuersalis iurisdictionis i loco. et vide qd̄ ip̄e no. in. c. in lris. de resti. spo. et in. c. p̄tente. de offi. or. et c. bōe. ij. de postu. pla.

Ex parte tua. In prioratib⁹ monachoz non possūt singuli monachi cōmorari etiam si sup hoc habeat̄ rescriptū apostolicū nisi in illo fiat mentio de lateranensi cōcilio. h. d. p̄mo cōsultatio. scō rñsio ibi cūz aut. ¶ No. primo ex h̄ text. q̄ etiā i defectū facultatū si p̄t monachi singulariter. institui et cōmorari i prioratib⁹ eoz et sic nō solū p̄hibitio p̄cedit in eccliaz parochialib⁹. vt in. c. qd̄ dei. et in. c. ij. de sta. regu. s̄ etiā in prioratib⁹. Quid aut̄ tūc fieri dū qñ facultates deficiūt. dic vt in cle. ne in agro. q. ad h̄. de sta. reg. ¶ Nota ibi obuiet lateranensi cōcilio q̄ d̄ qd̄ esse iuri cōtrariū nō solū qñ de directo et h̄ verba illi obuiat s̄ etiā fm̄ mentē. nā dictū. c. ij. de q̄ ista lra facit mētionē nō loquit̄ specificē de prioratibus s̄ de eccliaz parochialib⁹. s̄ tñ h̄ lra dicit q̄ si il lud sit in prioratib⁹ p̄t illi cōcilio. et h̄ p̄t notabiliter adduci ad illā m̄am cū snia sit lata s̄ ius sc̄ptū vt nō solū dicat̄ lata s̄ ius qñ exp̄sse ē s̄ vba iuris s̄ etiā s̄ mēte. qd̄ ē bñ no. de q̄ tñ vide qd̄ sc̄it Inn. i. c. p. et h̄. de offi. dele. et i. c. cū sp̄ali. de appel. ¶ Secūdo no. q̄ rescriptū emanās s̄ ius p̄sumit aut falsū aut p̄ occupationē nimis emanasse nisi i rescripto fiat mētio de iure p̄rio. Et ex h̄ text. singlt̄ nota q̄ om̄e ius h̄z clausulā derogatoriā ad rescripta p̄ria vt ad validitatē ipoz sit necē facere mētionē d̄ iure p̄rio saltē i genere. de hac m̄a vide qd̄ no. in. c. non nulli. s. de resc̄p. et c. j. de p̄sti. li. vj. i gl. et p̄ 30. an. i. c. j. de excels. pla. li. vj. in nouella. ¶ In gl. si. no. glo. q̄ papa disp̄sat s̄ p̄ciliū. et vide gl. in. c. vbi piculū. de ele. li. vj. q̄ pl⁹ vul. s̄ q̄ papa sol⁹ possit reuocare p̄stōem cōciliij. qd̄ an sit vtz indistincte. tetigi in. c. si gnificasti. et i. c. l. s. d. ele. et dic vt ibi. dicūt tñ doc. h̄ q̄ lz possit s̄ velle. nā dictū. c. ij. emanauit p̄p̄ piculū peccati carnal⁹ p̄cupiscētie qd̄ iminet ducētib⁹ vitā solitariā inf̄ hoies secl̄i vt p̄ ex tenore illi. c. ij.

Audiētiā. Ordinari⁹ cōpellit abbatē vt monachos a prioratib⁹ reuocet ad claustrū vel eis socios adiungat. primo ponit trāsgressionē p̄ciliij quā scō mādāt corrigi. ibi. ideoqz ¶ Nota primo q̄ correctio monachoz primo loco spectat ad abbatē. nō aut̄ cōcurrit ep̄s cū abbate vt sic sit loc⁹ p̄uentioni. nā vt h̄ vides papa mādāt ar-

chiefo nō vt ipe cōpellat monachos s̄ abbates vt p̄ eos monachi reuocē s̄ i defectū abbatis poterit eps sup̄plere. vt in. c. quāto. de off. ordi. sec. ēi alijs p̄latis secularib⁹ habetib⁹ subditos. nā cū illis concurrit eps in iurisdictione exercēda ita vt sit loc⁹ p̄uentioni. vt no. maxime p̄ Inno. in. c. cū ab ecclia. r. c. pastoralis. de offi. ordi. **Itē** no. q. op̄io daf abbat reuocandi singularit̄ institutos ad claustrū aut eis associandi alios monachos. r. sic pōt abbas alterare statū prioratus sibi subiecti vt statū regulam possit reducere ad statū r. vitā seculariū. qd̄ intelligo qm̄ reddit⁹ priorat⁹ nō sufficiūt p̄ pluribus als aut nō pōt abbas prioratus solitos gubernari p̄ regulares cōmittere clericis secularib⁹ qm̄mo nec monachis alteri⁹ monasterij. de q̄ dic vt habet i. c. cū singula. de preben. li. vi. **Sed** cōtra tex. op̄o. nā etiā clericus secularis d̄ in ecclia habere clericū vt in. c. vt q̄sq. s̄. de vi. r. hone. de. r. in. c. p̄posuit. s̄. de fil. p̄sby. q̄ nō sufficiens h̄ puidet. Sol. dicit hosti. q. si prioratus nō ē curat⁹ tūc cessat predicta rō. si autē ē curat⁹ tūc pōt dici q. clericus secularis cūz habeat patrimoniū poterit de suo ipendere ad sustentationē clericū. qd̄ non potest facere religiosus cū nihil habeat. dicit tñ q. si cū auxilio sanguineorū religiosus poterit tenere sociū cessabit cōpulsio de qua hic. **Itē** dic q. cleric⁹ secularis nō tenetur habere sociū sed clericū seruitorē. vt in. d. c. vt q̄sq. r. tales redditus sufficerēt rectori r. clerico seruitori qui nō sup̄erent p̄ duob⁹ socijs. ita no. glo. i. cle. ne in agro. s̄. ad hec. de sta. regu. r. dic de istis prioratib⁹ vt ibi habet. **Sed** op̄. aliter cōtra litteram monachus assumptus ad regimē alterius ecclesie eximī a potestate sui abbatis. ita vt nullā cōmunionē habeat ampli⁹ cū priorī monasterio. vt in. c. ne p̄ cuiuslibet. xvi. q. i. ergo nō tenet abbas dare sociū extraneo. So. dicit Jo. an. q. istud. c. loquit̄ in monachis claustralib⁹. i. in his qui nō desinūt esse monachi prioris monasterij. vt qz deputat̄ ad prioratus subiectos monasterio. Si autē perpetuo ad eccliam nō subiectā monasteria promouerent non tenet abbas sibi dare sociū. r. sic limita. c. ij. de sta. regula. r. hoc idē confirmat Jo. an. in glo. sua in dicto. s̄. ad hec. sed tu vide qd̄ dixi in. c. qd̄ dei. s̄. de sta. regu. r. dic vt ibi.

De iure patronatus. Rubrica.

Supra visuz ē de p̄ben. r. dignitatib⁹. **Itē** de religiosis domibus. **Itē** de capellis monachorū. sed quia ad istas sit institutio nōnūqz p̄ p̄stationem patroni. r. sic posset dubitari de iure patronat⁹ r. d̄ modo p̄sentandi r. similib⁹ merito post rubricas p̄cedentes subiicit ista. **Et** scias q. patronus d̄ multipliciter in iure nam dicit̄ patron⁹ aduocat⁹ respectu cause quā p̄mouendā assumit patrocinio suo. l. rem nō nouā. s̄. patroni. C. d̄ iudi. xv. q. ij. c. ij. **Itē** dicitur patronus d̄ns respectu serui. vt patet in toto titulo. ff. de iure patro. r. de istis patronis seu patronatibus nō tractat hic. **tertio** d̄ patron⁹ qui cōstruxit vel dotauit seu fundauit eccliam. r. dicit̄ pa-

tronus. qz sicut pater ducit filiū de nō esse ad eē ita patronus eccliaz deducit ad esse. r. de isto patronatu tractat hic. **Quid** autē sit ius patronat⁹ vt sic habeat substantia rei de qua tractaturi sumus dic post Jo. an. q. est ius honorificū onerosū r. vtile ali cui cōperes in ecclia pro eo q. diocesani cōsensu eccliam cōstruxit fundauit vel dotauit ipe vel is a q. causā habuit. r. declara hoc modo. **Est** enī ius honorificū qz patron⁹ habet honorē p̄standi rectorē. nō enī potest eps vel alius p̄lat⁹ instituere rectorez in beneficio sine p̄sentatione patroni. vt in. c. decernimus. xvi. q. vii. r. j. quasi per totū. **Itē** honorificū qz d̄ p̄ alijs honorari in ecclia patronata. vt. j. e. nobis. **Itē** dicit̄ ius onerosū qz patronus tenet defendere eccliam ne bona indebite dilapidet̄ xvi. q. vii. filijs. **Dicit̄** ius vtile qz cōsequit̄ utilitatē ex patronatu qz si deueniret ad inopiā tenet ecclia ex redditib⁹ vltra necessaria remanentib⁹ alere patronū pingui⁹ q̄ alios pauperes. vt in. c. quicūqz. ea. cā. r. q. r. de his aliquid no. j. eo. nobis. **Dixi** in diffinitione q. cōpetit ex eo q. cōstruxit. rē. nam de bes scire q. ius patronat⁹ acquir̄ altero de tribus modis. aut qz cōstruxit eccliam vt in. c. monasterij xvi. q. vii. aut qz eam dotauit. vt in. d. c. filijs. aut qz illā fundauit. i. assignauit fundū vbi ecclia debet cōstrui. vt in. d. c. nobis. r. c. abbatē. xviij. q. ij. possūt q̄ tres patroni cōcurrere in eadē ecclia. vtrqz vnus dedit dotē alter fecit eam cōstrui alius dedit fundū vbi cōstrueret̄. **Dicit̄** enī q. in dote cōferenda p̄nt plures cōcurrere. nā si simul dant oēs dotē sūt patroni etiā si vn⁹ cōferat minus q̄ alius vt voluit Inno. hic r. habes in glo. lxxij. di. in sūma. r. scilicet glo. d. c. quicūqz. que dicit q. si q̄s modicū contulit p̄ dote nō efficit̄ patron⁹ quā singularit̄ no. s̄ eā intellige qm̄ vn⁹ sol⁹ dedit dotē. sec⁹ si p̄les dederūt dotē sufficientē. nā iura indistincte dicūt q. ex dotatione q̄s efficit̄ patron⁹ nec distinguūt si sit vnus vlt̄ p̄les dotātes. **Idē** p̄ illi rōne dicēdū in plurib⁹ constitutib⁹ vlt̄ dotatib⁹ vlt̄ fundatib⁹. **Dixi** postremovlt̄ is a q. cām habuit. nā sat ē q. p̄sonat⁹ fuerit a p̄ncipio acq̄sit⁹ altero ex modis p̄dictis. nā transmittitur ad heredes. vlt̄ alio mō de q. j. in p̄cessu ti. r. ad p̄dicta vide gl. no. r. plenā. xvi. q. vii. i. c. pie ment̄.

Relatum. Si p̄p̄ discorde d̄ p̄sonorū ecclia caret administratōe cessat in ecclia a d̄nis tollunt̄ reliqz oſtia claudūt si alij sine scādalo ecclie p̄uideri nō pōt. h. d. cū seq̄nti. r. duo facit p̄ciliū. p̄mo p̄hibet eccliam inter p̄sonos diuidi. scdō ponit qd̄ facere d̄z eps cū p̄soni nō ordināt eccliaz. scdā ibi. r. sic. **Ho.** p̄mo ibi in h̄edes patroni q. ius patronat⁹ trāsit in heredes patroni. r. notā q. tex. indistincte loquit̄ d̄ heredib⁹ patroni ex quo potest inferri ad multas q̄ōnes. **Primo** nūquid ius patronatus transeat solū ad heredes sanguinis sicut ius patronat⁹ libertorum an ad heredes extraneos. Inno. s̄. sup̄ rubrica dicit q. transit ad quoscūqz heredes. r. hic cōmunit̄ tenet. p̄ hoc gl. j. nā si transit cū yniuersitate in extraneū. vt in. c. ex lit-